Sed iam columnę huius preconia nouimus· quā in honore dī rutilans
ignis accendit· Qui licet diuisus in partes· mutuati luminis detri
menta non nouit· Alitur liquantibus ceris· quas in substantiā pre
tiose huius lampadis apes mater eduxit· O uere beata nox· quę
expoliauit ęgyptios ditauit hebreos· Nox in qua terrenis caele
stia iunguntur· Oramus te dn̄e ut cereus iste in honorem
nominis tui consecratus· ad noctis huius caliginem destruendā·
indeficiens perseueret· in odorē suauitatis acceptus· supernis lumi
naribus misceatur· Flammas eius lucifer matutinus inueniat·
Ille inquam lucifer· qui nescit occasum· Ille qui regressus ab inferis·
humano generi serenus inluxit· Precamur ergo te dn̄e· ut nos
famulos tuos et omnē clerum et deuotissimū populū una cum
papa nr̄o ·ill· et gloriosissimo rege nr̄o ·ill· eiusq· nobilissima ple[be] nec nō et uenerabili arc
hiepiscopo nr̄o ·ill· qui et temporū concessa· in his paschalibus
gaudiis conseruare digneris· per dn̄m nr̄m · P F · Dominica

Deus· implorantes tuę maiestatis misericordiā· ut famulo tuo ·ill·
ueniā suorū largiri digneris peccatorū· ut ab omnib; inimici uinculis
liberatus· tuis toto corde inhereat mandatis· Et te solū semper
tota uirtute diligat· et ad tuę quandoq; beatitudinis uisionem
peruenire mereatur· per xp̄m· ALIA· Deus quies iustorū gloria et mi
sericordia peccatorū· pietate tuā humili prece deposcimus ut famulū
tuū benignus respicias· et pietatis tuę custodiā impendas· Ut
toto corde et tota mente tibi deseruiat· et sub tua semper protectione
consistat· Ut quando ei extrema dies euenerit· societatē scōrum
percipiat· cū quibus inenarrabilē gloriā sine fine possideat· per xp̄m

sanctorum ut perducat eas in paradi
sum exultacione· V. Inmittet angelus
domini in circuitu timencium eum et
eripiet eos. Ut supra. IN III NOCT
A. Concussum est mare et contremu
it terra ubi archangelus michahel
descendit de celo. Ps. Dominus regnauit
A. Laudemus dominum quem lau
dant angeli quem cherubin et sera
phin sanctus sanctus sanctus proclamant
Ps. Benedic anima mea. II. A. Data sunt i.
R. In tempore illo consurgens micha
hel qui stat pro filiis tuis et ueni
et tempus quale non fuit ex eo quo gen
tes esse ceperunt usque ad tempus illud
In tempore illo saluabitur populus
tuus omnis qui inuentus fuerit scrip
tus in libro uite et uos. R. Docebo te
que uentura sunt populo tuo in nouis
simis diebus et adnunciabo tibi quod
expressum est in scriptura ueritatis
et nemo est adiutor in omnibus his
nisi michahel archangelus prin
ceps uester. V. Ex die qua posuisti cor
tuum ad intellegendum in [illegible]